hāc lr̄am ſic intellectā.ꝛ uide q̄ dixi in.c.q̄ſitum
s.eo. Et nō aliō arg.ex littera ꝙ clerici dicūt̄ p
mutare qn̄ inter ſe deliberāt de ꝑmutādo.lꝫ po
ſtea uadāt ad ſupiorē.nā hic p̄benda fuit r̄ſigna
ta.ꝛ poſtea collata cōſanguineo.ꝑmutant eni q̄ꝫ
tum i eis eſt.ꝛ in hoc fuit data uenia iſti clerico.
¶ Ultimo nō.indulgēdū ſimplicitati ruſticorū
ꝛ ꝙ decipiētibus non eſt ſubueniendū ſꝫ decep
tis ſic. ¶ Op.ꝯ lr̄am exquo enim illa prebenda
uacabat licite fuit collata conſanguineo illius.er
go poſtea non licuit illā ſibi auferi ut i regula fac
tū legitie.ō re.iu.li.vi. So.dicit Inno.ꝛ alij pꝰ
euꝫ ꝙ hec renūciatio non tenuit qꝛ ſimoniace fa
cta.ſ.ut conferat̄ conſanguineo alterius.nec etiā
tenuit collatio uel quia ſimoniaca ar.j.eo.c.ſi.et
i.q.i.ordinationes.uel qꝛ ſuperior ſi erat inſcius
illius pacti nō intendebat iſti ius cōſerre. Itē in
odiū deceptoris ne reportaret cōmoduꝫ de ſuo
dolo papa uoluit iſtū ad p̄bendam ſuaꝫ reſtitui.
¶ Nō ex predictis ꝛ tene menti ꝙ r̄nūciatio fa
cta ſimoniace nō tenet.ꝛ dr̄ ſimoniaca qn̄ fit pri
cipaliter ea itentōe ꝛ pacto ut cōferat̄ cōſangui
neo ſuo cōſanguieo paciſcētis ſecū vide tex.cū
glo.in.c.ex ꝑte el.i.s.ō offi.dele.ꝛ i.d.c.ordinati
ones. ¶ Nō ꝙ collatio ſimoniace facta eſt nul
la.ꝛ ſic pōt impetrari beneficiū tāq̄ꝫ uacās. In
glo.i.nō.glo.qꝛ neſcio alibi ꝙ tractatus ꝑmutan
di eſt ꝓhibitus iter beneficiatos. Hoſ.tenet ꝯtri
uꝫ ꝛ hoc puto verū per ea que.s.dixi.ꝛ iſte tex.
potius eſt in ꝯtriū quia papa non dānat hic trac
tatū ſꝫ cōſenſum deliberatū i permutando. In
glo.ij.nō.glo.iuncto tex.ꝙ poteſt fieri ꝑmutatio
bn̄ficiorū ex ſola expedientia ꝛ utilitate perſo
narū.nam.c.ad qōes.s.e.qō vr̄ hoc probare nō
loquit̄ i beneficijs poſſeſſis i titulū ſꝫ iure ꝓprie
tatis.hoc autē.c.loquit̄ in titulꝰ bn̄ficiorū.ꝛ vide
qō dixi i.d.c.queſitū. ¶ In glo.i verbo ſimplici
tati in ſi.ꝛ ſic uult hec glo.ꝙ hoc.c.in hac reſtitu
tione contineat gr̄am cū ō ſtricto iure debuiſſet
iſte p̄uari ut i.d.c.precedenti.ꝛ idē Inno.ꝛ Io.
an.ꝛ huic gr̄e cāꝫ dedit ne alius r̄portaret cōmo
dū ō ſua malicia.ꝛ qꝛ ſimplicitate ductus renūcia
uitꝰ qdā uolunt dicere ꝙ debeat intelligi ꝙ cōti
neat ius qꝛ ꝑmutatio nō pōt dici ex parte unius
tm̄.hic autē alter nō reſignauit ꝛ permutatio fu
it incōpleta.ꝛ ſic ſumꝰ extra caſuꝫ.c.precedentis
ſꝫ i ꝯtriū facit delictū ſimonie ꝛ ambitionis quod
ille cōmiſit i reſignando bn̄ficiū ſuū ut conferat̄
cōſanguineo alterius. Itē cōſenſus p̄ſtitus i per
mutatōe ſiēda ꝓductus ad actū reſignationis.
ꝛ ob h̄ papa dixit ueniā ſimplicitati r̄ddendam
nā ſi legitime omnia fuiſſent acta de iure potuiſ
ſet iſte redire ad ſuū bn̄ficiū exquo aliꝰ volebat
renūciare.ꝛ uide qō nōt.Fre.cōſilio.xli.vbi for
mat qōeꝫ de eo q reſignauit i manibꝰ ſuperioris
ex cā ꝑmutationis fienda cuꝫ tertio.q quidē ter
tius noluit poſtea reſignare uel morte p̄uentus
ē ꝛ ꝯcludit hūc reſtituendū de iure ad bn̄ficiū ſu
um non tn̄ redibit ſine noua prouiſione qꝛ bene
ficiū vere uacauit ex hac reſignatione ut nō.in.c
ſi ꝓpt.ō Rep.li.vi.ꝛ in.c.vnico.j.e.ti.li.vi.cōtine
ret ergo ius ſi nulluꝫ preceſſiſſet pactum in paci
ſcendo ꝛ reſignando. Abbas.

EXhibita ſpūale cū tpali ꝑmutari nō pōt in prima facti naratio in ſecūda diffini
tionis cōmiſſio ubi quo circa. ¶ Nō primo ex
tex.nr̄o pl'a.ꝛ prio ibi tunc i vngaria.cōmorātē
ꝓ lr̄is aplicis q̄ impetrātur a r̄ſidētibꝰ in ſtudio
ꝛ ōcre.c.nō nulli ō Rep.p̄ceſſit iſtam ut pꝫ qꝛ iſta
fuit Gregorij noni auctoris hꝰ compilationis ꝛ
illa fuit p̄deceſſoris ſic colligit Io.an.hic ſꝫ non
declarat ſe ad quā vtilitatem hoc colligit.ſed dic
ꝙ Io.an.voluit hic ſingulariter ꝙ vbi cōmiſſio
fit per papam alicui expreſſo nomine ſue digni
tatis faciendo mentionem ꝙ reſidet in alio loco
tunc poteſt commiſſarius cognoſcere in loco
reſidētie queādmōꝫ cōtingit hic i eo q cognouit
i Ungaria ſecꝰ vbi nō fieret mētio de reſidētia
qꝛ tunc cōmiſſio vr̄ facta in loco dignitatꝭ exp̄ſſe.
nec ex̄ illam dioceſim poſſet cognoſcē de illa cā
ut in.c.ſtatutū.§.in nullo.ō Rep.li.vi.pone exē
pluꝫ eps groſſetanus r̄ſidet Senis cōmittitur
ſibi cā non facta mētione de reſidētia nō poterit
cognoſcē ex̄ dioceſiꝫ groſſotanē.qꝛ i dubio nō
vr̄ deputatus ex̄ locū ſue dioceſis l'ſue dignita
tis.ſecus ſi fecit mētionem de ſua reſidētia ꝛ nō
ꝑpetuo qꝛ neſcio alibi. ¶ Nō ſecūdo ꝙ arbitriū
vr̄ qdā ꝯtractus ut i auc.ut diffe.iudicū vn̄ quē
admōꝫ nō pōt per uiam ꝯtractꝰ dari tpale pro
ſpūali.ita nec per uiaꝫ arbitrij vt hic.vn̄ papa ap
pellat hic ꝑmutationem licet hoc proceſſiſſet ex
diſpoſitōe arbitrorū. ¶ Ultimo nō ꝙ arbitriuꝫ
cōtinēs in ſe viciuꝫ ſimonie ipſo iure eſt nullū.ꝛ
pōdera ꝙ omne qō ꝓcedit ex eo ul'ob id eſt irri
tū ꝛ dictio ex eo denōt cāꝫ ꝓpiquā imediatā di
ctio vo ob id denōt cāꝫ mediatā ꝛ r̄motā qō nō
ꝓ ſtatuit̄.ꝛ vide i.l.liberorū.ff.ō vbo.ſig.ꝛ ibi p
Bar. ¶ In glo.ſi.in ſi.nō.glo.ꝛ rō decidēdi eſt
ꝙ ius decimādi eſt ſpūale.iō non recipit eſtima
tionē.ꝛ ꝑꝯſequens n̄ pōt cōmutari cū tpali. Itē
d̄us r̄ſuauit ſibi decimas i ſignū vl'is dn̄ij.c.tuā
ō deci.nō pōt ergo laicus l'alius ſe eximere ab
hac recognitione.dixit tn̄ Bar.brixien.in domi
nicali.q.xlix.ꝙ ad tps puta decēniū valēt iſtō
pactū ēt.ſi res tradita eccleſie caſmate piret.ſed
tn̄ dic ꝙ tolerat̄ pactuꝫ qꝛ vr̄ initū potius ſuper
fructibus q̄ꝫ ſuper iure decimādi.nam videmꝰ
ꝙ pro fructibus preteritis pōt dari aliquid tem
porale.c.cum ſuper.de re eccle.nō alie.hinc ē ēt
ꝙ locari poſſunt.c.ueſtra.de loca.quia fructus
ſunt quid temporale.ſed qn̄ fit pactum in perpe
tuū tunc vr̄ initum ſuper iure decimandi qō eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſpūale.iō fieri non pōt vt hic ⁊ in.c.oēs decime xvi.q.vij. Et facit qd dixi ſi res data ꝓ decimis perit caſmate ad.q.qdam nō multuȝ abundans alicui loco pio certū fūdū dedit cū pacto vt aleret a loco pio toto tpe vite ſue.demū fund⁹ pit caſmate.nūqd debeat hr̄e alimēta.⁊ dic ꝙ ſic qꝛ ꝓprietas tranſiuit in locū piū ⁊ ſic damnū ceſſit ſibi ⁊ nō alteri.⁊ expreſſe hoc cōcludit Cy.i.l.ij. C.de iure empbi.

¶ De feudis Rca.

¶ Supra viſum eſt de quibuſdam cōtractib⁹ qb⁹ rez dñia tñſferūt.ſȝ qꝛ p īfeudatōez transfert vtile ī vaſallū directo remanēte apud dñȝ. ⁊ ſic eſt ſpēs cuiuſdā alienatōis.idcirco poſt rubricas pcedētes ſubijcitur iſta ⁊c.

1 **Inſinuatione**

Si dñs a vaſallo recipit feudū in pign⁹ abſtinēdo ab ei⁹ ſuitio nō tenet ↄputare fruct⁹ i ſortez h.d.ſȝ cōez itellectū ⁊ ē caſus ſinglarl q alibi alibi ñ legit̃.ꝑ dēȝ.z⁹ limitatō.ibi ita videlicȝ. ¶ Nō primo ꝙ pignus pōt cōſiſtere in re propria eius cuius dominium vtile ad alium pertinet ⁊ cōſtituetur ius pignoris reſpectu illius vtilis dominij quod nō eſt proprium ipſius dñi ſed vaſalli. ¶ Nō z⁹ ꝙ ecclia pōt cōtrahere pignus ſeu inire cōtractum pignoris cōpreſtando eius pecuniā qd qdā aſſerūt ſi hoc redundat in vtilitatem eccleſie qꝛ ceſſante vtilitate nō debet hūc cōtctū inire.ar.xij.q.ij.ſine exceptōe qd ñ admitto vbi debitū cōtrahit̃ ꝑpter neceſſitatem debitorl qa fortius eccleſie quā laici tenetur ſubuenire indigētibus.ar.xij.q.ij.i.c.ſicut omnino.⁊.xvi.q.i.i c.fi.⁊ in euāgelio mutuū dātes nil īde ſperanteſ ⁊ i.c.cōſuluit.j.de vſuris. ¶ 3⁹ nō ibi tibi ⁊ eccleſie tue ꝙ vaſall⁹ eccleſie cathedralis tenet̃ ad fidelitatem ⁊ ad ſuitium non ſolum eccleſie ſȝ ipſi prelato.facit.c.cum tibi.de verbo.ſig. ¶ Et nō. ꝙ eccleſia poteſt dici prelati ⁊ hoc ratione iuris quod habȝ in ea vt pȝ ibi eccleſie tue. ad idē.c.ſi tibi abſenti.de pben.li.vi.nō eſt ergo prelat⁹ ſimplex procurator. ⁊ vide bonam glo.v.q.iij.c.fi. ¶ Ultimo nō ibi a ſuitio ꝙ vaſallus debet domino ſuitiū rōne feudi.⁊ quale ſit iſtud ſuitiuȝ. dic ꝙ inſpiciendū qd fuit cōuētum in conceſſiōe feudi.⁊ recurre ad bonum tex.xxij.q.v.in.c.de forma.cū ibi nō. An aūt poſſit vaſallus renūciare feudo ⁊ ſe liberare ab hoc ſuitio,conclude ꝙ nō inuito dño.ar.optimuȝ.in.l.impator.i.§.i.de lega.ij.⁊ in.l.ſicut.C.de ac.⁊ obli.facit.c.de pcarijs.s.pca.nā iſti cōtractus fiūt gratia vtriuſqȝ. iō nō pñt diſſolui niſi vtriuſqȝ interueniēte cōſēſu.⁊ ita alias fuit de facto determinatū. idē dic i ↄtractu emphiteotico ſeu liuellario cōſili rōne. ¶ In glo.ij.ibi vt res illa citi⁹ ꝑueniat ad eccleſiā ſentit gl.ꝑ hec vba ꝙ ſpāle iducit̃ ꝑiſtuȝ tex. i fauorē ecclie ⁊ ſic non ꝓcedēt in laico recipiēte feudū in pign⁹ a vaſallo.hāc lec. ſenſerūt alij ex glo.vt ponit hic Abbas dicētes ꝙ in odiuȝ feudorꝫ que cōſtituunt̃ grat̃ ex reb⁹ eccleſie ſeu cū modico ſeruitio fuit ad hoc inductū vt ſic citiuſ ipſa bona feudalia rdirēt ad eccleſiā.ſed hec lec. nō eſt bona nec tuta quia ſi feuduȝ fuit legitime conceſſū nō dȝ cōmitti prauitaſ vſurarꝫ vt eccleſia citius recupet illa bona.nam ꝓ vita alterius nō eſt vſura cōmittēda.vt.in.c.ſup eo.de vſuris ergo multo minus ꝓ recupandis bonis legitie cōceſſit. Alij intelligūt ⁊ eſt z⁹ lec.in ruſticis qui colūt poſſeſſeſſiōes eccleſie ipenſo tāto ſuitio ꝙ fructus in nullo vel parꝫ excedūt ſȝ hec lec. diuinat ⁊ maxie quia tex.iſte facit mētionē de ſuitio nec diſtinguit quale ſit. ¶ Tertia lec ꝙ ꝓcedit qñ hoc fuit ↄuētū inter eos a pncipio q etiaȝ nō ē bona qꝛ non valet ↄuētio vt vſura ſoluat̃ in.c. debitores.de iureiurā. ¶ Quarta lec.ſȝ Phi. ꝙ in fauorē eccleſie fuit hoc introductū qd non placet duplici rōe.ꝑ qꝛ tex.dicit declaram⁹ ⁊ ſic nō ponit ius nouū. Itē quia fortius eccleſia abſtinere dȝ a ↄctu vſurarꝫ qȝ alij maxie ꝑpter bonum exemplum. ¶ Quintā lec.ponit Hoſti.intelligēdo gñaliter ꝙ hoc ꝓcedit ex nā feudi. nā cū dñiuȝ directe remāſit penes dñȝ ſi vtile reuertitur ad eū ex volūtate vaſalli pignorantis ↄſolidat̃ ipm dñiuȝ vtile cū ipſa ꝓprietate.vñ non dr̃ pcipere fructus ex aliena re ſȝ ex ꝓpria.nam vaſallus iterim liberat̃ ab obligatōe qua domino tenetur.diſſoluitur ergo iterim ſeu ſuſpēdit̃ obligatō inter eos ↄcta. Et rō hec facit vt idem ſit in laico ⁊ hec lec.eſt cōior.nam alie aut diuinant aut improprīant tex.ſic etiā diuinat alia lec.quā ſenſerūt quidā p.c.i.de vſuris.in fi.dicētes ꝙ loqtur i feudo iniuſte detento.ſȝ vt dixi ex littera hoc colligi nō pōt licet lec.in ſe ſit vera per illud c.i. ¶ In fi.glo.hoc intellige domino cōtradicēte.nā ſm Hoſti.ſi dñs recipit interim ſuitium tacite vr̄ renūciare huic iuri niſi ꝓteſtet̃.ar.l.ij. C.de iure do.impe.⁊ in.c.cū.M.de conſti.

**2 Ex parte** Ponit tres caſus in qb⁹ non obſtāte iuramēto de nō infeudando poteſt epiſcopus antiquum feudum ad eccleſiā reuerſū nouo vaſallo concedere ⁊ eſt caſus nōbilis interpřtans iuramentū de non alienādo.cōmunis diuiſio.z⁹ ibi in primo. ¶ Nota primo ꝙ per mortem vaſalli feudum reuertitur ad dominum quod intellige qñ feudū fuit perſonale vel qñ fuit cōceſſum ſibi ⁊ filijs ⁊ morit̃ nō relictis filijs maſculis.nā femine niſi expſſe ſit dictū nō ſuccedit in feudum.vt.ꝫ.col.de ſucceſ. feu.c.i. ¶ Nō z⁹ ⁊ tene mēti ꝙ iuramētū preſtitum a prelato de nō alienando Romano pontifice inↄſulto refertur dumtaxat ad res que ſūt de mēſa eccleſie.i.ad eas res qꝛ dñiū directū ⁊ vtile ē penes ecclīā.nō aūt ab bōa feudataria vl̃ ēphiteoticaria.nā ſi iſta bona reuertunt̃ ad eccliaȝ pōt plat⁹ de nouo alicui ↄcedē nō obſtāte iuramēto de non alienādo qꝛ non videt̃ noua alienatō ex

quo a principio fuit ſancitum vt illa bona darē-
tur in ēphiteoſim vel i feudū ⁊ tota die allegat̄
iſte tex. vide quod dixi in .c. vt ſup. de re. eccl. nō
alie. ⁊ hoc iuramētum cōiter hodie pſtāt epiſco
pi ⁊ abbates Romano pōtifici. ⁊ vide qᷓ nō .i. c.
fi. de eccle. edi. ¶ Nō 3° ꝙ vaſallo alienante feu
dū redit feudū ipſo facto ad dn̄m. cadit ergo
vaſallus ipſo facto a iure ſuo. vn̄ nō reqrit̄ alia
ſn̄ia pro hoc tex. ibi dum pmittit epō alteri illud
feudū ꝯcedere ſine noua ꝓuatōe qᷓ clariꝰ ſētiūt
doc. hic. ¶ Itē nō ꝙ priuato vaſallo ꝓpt̄ delic-
tū ſuū nō ihabilitat filiū vel cōſāguineū ſuū ad
illud feudū ꝯſequēdū. ⁊ facit iſte tex. optie i ar.
ꝙ delictū pr̄is nocet filio i feudo ꝑdēdo. vn̄ hic
eſt opus i filio noua cōceſſiōe. ſ3 de hoc .i. latius
dicā. ¶ Nō vltio caſum i quo l3 cedē iura ſua
potētiori. nam eccl'ia nō valēs p ſe recupare feu
dū a manibus potentū pōt ꝯcedē alti potētiori
vt ipſe recupet ⁊ ipe hēat i feudū. Et iducit̄ hoc
ad .q. nūqd de rebꝰ nō feudalibus ſic inuaſis ab
aliquo vt p ꝓlatū recupari nō poſſūt eccl'ia poſ
ſit cōcedē in feudū maxie ſi iurauit nō alienare.
Jo. an. cōſuluit ꝙ nō. nam ſi diceretur oppoſitū
de facili poſſet cōmitti fraus qꝛ prelatus volens
cōſāguineo vel amico re3 in feudū cōcedē pmit
teret re3 illā iuadi ab aliquo potēti vt ſic poſtea
occaſione ſumpta poſſit ifeudare vt illā recupet
⁊ fraudibꝰ via apienda nō eſt. c. quāto. ꝺ diuor.
ꝓcedit ergo qᷓ .iij. huiꝰ. c. i rebus feudalibꝰ tm̄.
¶ In glo. i. in fi. nō glo. in eo ꝙ dic̄ feudū poſſe
dari in dote3 i vita feudatarij. ⁊ vide circa h̄ nō.
i. c. q̄ in eccl'ia ꝝ. de cōſti. ⁊ iq̄3tū glo. dicit genera
liter feudum alienari nō poſſe. dic̄ Hoſti h̄ veꝝ
in feudo tpali. ſecus i feudo ꝑpetuo qꝛ illud po
teſt alienari ⁊ ꝓ mortuario eccleſie donari. c. fi.
de re. eccle. nō alie. vide ꝑ eum i ſūma. de imuni.
eccle. §. iq̄3tū. v. ſ3 nec. ⁊ nō hoc dictū qꝛ non re-
perio ab aliquo hic reprobatum. ¶ In glo. ij.
ibi ꝑdit feudū dicit Jo. an. ⁊ bn̄ ꝙ ſolum perdit
illā prem quā alienat. l3 alienauerit maiorē ꝑte3
feudi. x. coll'. de ꝓhi. feu. alie. §. impialē. ⁊ i ti. de
vaſal. q ꝯ cōſti. lota. c. i. ⁊ nōt gl. iq̄3tū dic̄ ꝙ non
pōt vaſallus feudū pignori dare. fac̄ ꝓ hoc quia
res que ꝓhibet̄ alienari nō pōt reglarit̄ pigno-
rari. l. fi. C. de rebus alie. nō alie. plene ꝑ Bar. i
l. in quoꝝ. ff. de pigno. qꝛ ꝑ cōſtitutōem pignori
de facili ꝑuenit̄ ad diſtractōem rei. l. ij. C. de iur̄
do. ipe. ideo ꝓhibita alienatōe ꝓhibet̄ pignus
ſicut ꝓhibito mr̄imonio ꝓhibentur ſponſalia ꝑ
q̄ ꝑuenit̄ ad mr̄imoniū. l. oro. ff. de ſpon. ¶ In
gl. in vbo cōſortē ibi iure accreſcēdi pōdera gl.
vult ğ glo. ꝙ in iure feudali hēat locū ius accre-
ſcendi vt ſi feudū parit̄ cōcedit̄ duobꝰ ſi ius ex-
tinguitur aliquo caſu in pſonā vniꝰ nō reuertat̄
ad dn̄3 ſ3 accreſcat alteri ſocio. eadē rōe ſi h̄ eēt
veꝝ idē diceremꝰ in iure emphiteotico. ſ3 h̄ cōit̄
nō tenet̄ niſi fuiſſet expſſum i cōceſſiōe feudi. vt
i. o. x. col. c. i. v. qd etiā. ⁊ vide ꝑ Bar. ff. de ver-
bo. ob. in. l. ſi mihi. vbi gn̄aliter tractat an ⁊ quā-
do i cōtractibꝰ hēat locū ius accreſcēdi ⁊ regl'a
eſt ꝙ nō h3 locū vt ibi. ⁊ in ſpe. ꝺ loca. §. nunc ali
qua. v. nono. ⁊ ad iſtū tex. dico ꝙ potius facit in
oppoſitum. nam hic nō querebat̄ vtꝝ dn̄s debe
ret inueſtire cōſortem ſ3 vtꝝ poſſ3 quia delictū
vnius videbat̄ nocere reliquo. ſed ꝯriū3 hic de
cidit̄. vn̄ pōdera ꝙ in ſolutōe huiꝰ .q. tex. nō fac̄
mētōe3 de cōſorte. ſed ſolum dicit ꝙ pōt iueſtire
filiū vel cōſanguineū alienant̄. ¶ In gl. fi. in fi.
de hac .q. nunqd ob delictum pr̄is filius perdat
feudū ſi tale fuit delictū ꝓpt̄ qᷓ pr̄ ꝑdiderat feu
dū. Dicit Hoſ. ſtādū cōſuetudinibꝰ locoꝝ ⁊ cō
ſtitutōibꝰ feudoꝝ. Dy. in regl'a nō d3. de re. iur.
li. vi. dic̄ ꝙ aut feudum paternū primo h3 origi-
nem in pſonam patris ⁊ filius priuat̄ iure feudi
aut ē a genere vlteriori ⁊ tūc ſecꝰ. ⁊ cu3 hac opi.
tranſit hic Jo. an. ⁊ do. An. vide plene ꝑ Bar.
in. l. cum. ff. de interdic. ⁊ rele. ⁊ in. l. iuriſiurādi.
§. ſi liberi. ff. de oper. liber. vbi in effectu ſic diſti-
guit. ꝙ aut pat̄ cōmiſit delictu3 ꝓpter qᷓ directe
venit priuādus feudo vt qꝛ alienauit feudū vel
cōmiſit delictum cōtra tenorē iuramēti. ⁊ tūc no
cet filio. etiā ſi ꝓceſſit a genere vlteriori. ar. i. l. i.
ff. ſi qs aliū teſta. ꝓhi. ⁊ i. l. cū rō naturalis. ff. de
bo. ꝓſcrip. vbi patet ꝙ delictum vnius nocet oi-
bus ꝓximioribus qui ſunt inferioris gradus.
vn̄ ſi qs iterfecit cōſanguineū cui d3 ſuccedē ab
inteſtato fiſcus occupat hereditate3. nec veniūt
alij cōſanguinei q ſunt inferiores in gradu vt in
dicta. l. cum rō. ⁊ qᷓ ibi nō. Si autē nō eſt tale
delictum ꝓpt̄ qᷓ dn̄s directe ꝓuet̄ feudo. ſed ꝑ
quādam cōſequentiam puta quia eſt damnatus
ob aliqᷓ maleficiū ita ꝙ bona veniūt publicāda
⁊ tunc ꝓcedit diſtinctio Dy. nam ſi feudum eſt
paternum nocet filio. ſecus ſi eſt a genere vltiori
⁊ ꝓ h̄ optie fac̄ tex. i. o. l. cum rō. ff. de interdic. et
rele. ⁊ nō qꝛ eadē qᷓ pōt formari in iurepr̄onatꝰ
nūquid publicatis omnibus bonis perdant filij
iuſpatronatus qᷓ deſcendit a ſuis antiquioribꝰ
vide glo. nō. xvi. q. vij. filijs vel nepotibus que
tractat nūquid iudex ſecularis poſſit priuar̄ lai
cū iurepr̄onatus eccl'ie ⁊ nūqd veniat cū vniuer
ſali publicatōe bonoꝝ. vide etiā bona3 glo. in. c.
ſaꝫ ꝑuerſum. lvi. di. q̄ dic̄ ꝙ l3 pr̄ cōmiſerit crimē
leſe maieſtatis ex quo filij efficiuntur infames. l.
qſquis. C. ad. l. iul. ma. ⁊ vi. q. i. ſi quis cum mili-
tibꝰ. filij tamē clerici nō incidūt in īfamiā ⁊ ꝑ cō-
ſequēs nō debēt perdere bona. qᷓ nō. ¶ Vltio
hic quero de qōe quotidiana. pone vaſallus ali
enauit feudum irrequiſito domino ſed apponit
clauſulam ſaluo iure domini. nunquid ſit locus
huic. c. vt nihilominus perdat feudum. de hoc
per Bal. x. coll'. que ſit cauſa beneficij amit. c. i.
vbi concludit ꝙ ſic quia factum ſubſequens eſt
contrarium proteſtationi. c. ea te. de iureiuran.
⁊ qᷓ ibi nō. ſecus dicit ſi adieciſſet hec verba ꝙ
aliter vel alio modo alienare non intēdit. qᷓ nō.
operantur ergo hec verba ꝙ dn̄o cōtradicente
non videatur facta alienatio. Et ex omnibus ꝓ-
dictis in glo. infertur ad .q. nūqd liber feudorū
ſit approbatꝰ. quā qōe3 mltum late proſequitur

hic Jo.an.⁊ procedit qđ in ꝯſtitutōibus non
editis ab Imperatoꝛe.nam ibi ſunt quedam cō
ſtitutōes.ↄ̄ quibus clare pʒ ꝙ emanarūt ab Im
peratoꝛibꝰ.⁊ ꝙ nō ſit approbatꝰ pʒ qꝛ nō legitur
ꝙ Imperatoꝛ illaſ ꝯſtitutōes edidĕit vel ꝙ mā
dauerit in volumine interſeri ſicut dicimus de li
bꝛo decreti.vt nō.in.c.ij.de Rp.In ↄ̄trariuʒ fa
cit qꝛ ille cōſtitutōes allegantur ꝑ gl. vtriuſqʒ iu
ris legūtur in ſtudijs ſolēniſſimis ⁊ continēt i ſe
rationē.⁊ lex eſt qcqd i ratione cōſiſtit.i.di. con
ſuetudo.⁊ nihil allegat Jo.an.ſed prolixe allat
ꝓ ⁊ cōtra.tenerē hāc ptem vltimā ꝑ nō.p Bar.
in.l.i.ff.ſi cer.pe. vbi tractat an libꝛi Galieni et
Hipocratiſ ſint approbati. ⁊ cōcludit ꝙ ſic ex ꝗ
leguntur cōit i ſtudijs.⁊ ab oliʒ eoꝝ dcā fuerūt
recepta.ſic dicā in cōſtitutōibus feudoꝝ.

¶ De pignoꝛibus ⁊ alis cautionibus Rica.

¶ Supꝛa viſum eſt de quibuſdā ſpēbus alie
nationis.videndum reſtat de obligatōibus rea
libus.iō ſubijcitur rubꝛica ↄ̄ pignoꝛibꝰ. Aduer
te qꝛ rubꝛica dić i plurali ⁊ alijs cautōibus quia
multiplex eſt cautio vltra pignoꝛatitiam.quedā
ſimplex vt nuda promiſſio.quedaʒ iuratoꝛia vt
promiſſio cū iuramēto.quedā fideiuſſoꝛia ⁊ de
his ⁊ ſimilibus in.c.ꝑ tuas.de doꝛe pꝰ diuoꝛ.re
ſti.⁊ c.ſi.j.eo.appellatōe tñ cautōis i dubio itel
ligimus de nuda ⁊ ſimplici.l.ſancimus.C.de v.
ſigni.

Nullus Res ecclie
pignoꝛari
ñ dēnt niſi ex nećitate ⁊ rōnabli
cā.h.d.vel ſic.Vaſa ecclie ⁊ alia
deputata ad cultū diuinū niſi ex
iuſtiſſima nećitate pigꝛari nō debēt.h.d. Nō ꝑ
ibi pſbꝛ.ꝙ appellatōne pſbꝛi veniūt qñqʒ clerici
inferioꝛis oꝛdinis.c.ij.de coha.cle.nam hec pro
hibitio non ſolū cōcernit ſacerdotes ſed omnes
clericos habenteſ admiſtratōeʒ eccleſie.¶ Nō
2ꝰ ꝙ vaſa ſacra eccleſie poſſūt pignoꝛari ex ma
xima neceſſitate nedum ergo cōflata vendi pñt
vt.x.q.ij.hoc ius.ſed etiam itegra pignoꝛari eti
am laico vt pꝛobatur a contrario ſenſu.¶ In
glo.i.ibi non bene dicuntur libꝛi.hoc veꝝ exce
pto miſſali qđ bene dicitur vt patet in pontifica
li.¶ In fi.gl.vꝛ glo.velle ꝙ nō ſit dr̄ia inter reſ
de quibus in tex.⁊ alias res eccleſie.ſʒ pōt dici
ꝙ dr̄ia eſt in hoc quia ſine ſtricta neceſſitate nō
debent iſte res pignoꝛari cū ſint ↄ̄putate ad cul
tum diuinum.ſed alie res poſſunt obligari ⁊ vē
di ex ſola vtilitate.vt.xij.q.ij.ſine exceptōe.vide
tex.optimū.i.c.nulli.de re.ec.nō alie. vbi colligi
tur a contrario ꝙ bona eccleſie poſſūt generalr̄
obligari ꝓ obſeruantia alicuius ↄ̄ctus etiam ſi
ne licētia epi.⁊ credo ꝙ i generali obligatōe bo
noꝝ nō veniūt iſta de qbus in tex.ar. optimum
in.l.i.C.que res pigno.obli.poſ.vbi pʒ ꝙ in ge
nerali obligatōe bonoꝝ nō veniūt ea que ſpālr̄
qs nō fuiſſet obligaturus.ſpāleʒ vō obligatōeʒ
de rebus eccleſie nō pōt pſbyter facere ſine ſolē
nitate reqſita in alienatōe vt ibi ꝓbat qđ nō.⁊ ex
quo infero ꝙ etiā rem mobilem ꝑcioſā non pōt
ſacerdos pignoꝛare ſeu ꝑlatuſ ſine ſolēnitate re
qſita in alienatōe vt ibi ꝓbat qđ nō.⁊ ꝓ hoc fa
cit qꝛ res ꝓhibita alienari non pōt pignoꝛari qa
de facili ꝑuenit ad diſtractōeʒ ↄ̄bitoꝛe differēte
ſolutōem.vt i.l.ij.§.cū rē.ff.que res pigno.obli.
poſ.⁊ ꝑ Bar.i.l.quoꝝ.ff.de pigno.¶ In glo.
ij.ibi ſi parrochiani illiꝰ ecclie caperent.¶ Nō
glo.ꝙ ꝓ redimendis parrochianis captis ab iſi
delibus pōt ecclia vēdē bona ſua etiā ſacra.⁊ in
telligo qñ alio mō nō pñt redimi.quid autem ſi
detinentur in carceribus auc̄te iudicis nec valēt
ſoluere cōdēnatōeʒ.nūquid habeat locum dcā
glo.vide qđ nō.glo.in.c.ſicut oio alle. in glo. et
i.c.auꝝ.ea.cā ⁊.q.⁊ cū eadē reſtrictōe intelligas
ſequēs dcām gl.vt ꝓ alēdis pauperibꝰ pñt diſtra
hi ⁊ aliēari res ecclie qñ alr̄ ſuſtētari ñ pñt itaqʒ
fame pirent niſi ecclia eis ſbueniret tali mō ſicut
ſepe ↄ̄tingit tpe guerre.ſi vō nō ē tāta neceſſitas
nō tenet ecclia nec hoſpitale ſubuenire vltra qʒ
facē pñt de redditibꝰ ꝓpꝛijs.vñ tot ſūt recipiēdi
in hoſpitali quot viuē pñt ex redditibus.vt le.⁊
nō.in cle.qꝛ ↄ̄tigit.ↄ̄ reli.domi.facit.xij.q.i.in.c.
vidētes. ¶ In fi.gl.fētit gl.ꝙ de iure ciuili iſta
nō pñt pignoꝛari.ſecꝰ de iure canonico qđ ñ plʒ
Hoſti.qꝛ ēt de iure ciuili pñt vēdi ex neceſſitate
vrgēti.dcā auc̄.h̄ ius.vl̄ ſolue foꝛmalr̄ ꝙ nō pñt
iſta pignoꝛari vt ius pignoꝝ cōſtituat i eis ſicut
i rebus ꝓphanis.⁊ ſic ꝓcedūt iura ciuilia ſʒ vt
detineant donec ſatiſfiat de ↄ̄bito pñt pignoꝛa
ri.⁊ ita loqr̄ iſte tex.⁊ ſic nō.intellit gl.i.d.auc̄.h̄
ius.x.q.ij.iſtum tex.

Liber Breue ⁊ pōt ꝑ alia ver
ba ſic ſummari. Liber
hō nō pōt pignoꝛari.vel ſic. Liber hō
ꝓ debito detineri nō dʒ ēt ſi nō hʒ vñ ſatiſfaciat.
¶ Nō ꝑ ꝙ i libēo hoīe nō pōt ↄ̄ſtitui ius pigꝛi
⁊ ſi qs de fcō recipet hoīeʒ i pignꝰ ꝑdit debituʒ
⁊ alimētoꝝ ꝗtitatē tenet ſoluē ac ēt relegat in
auc̄.vt nulli iudi.i.§.qꝛ.¶ Nō 2ꝰ a ↄ̄trio ſēſu ꝙ
ſi debitoꝛ hʒ i facultatibꝰ vñ poſſit ſoluē nō dʒ i
carcerari ſʒ dʒ iudex executōeʒ facē i bonis ſu
is.ꝓ h̄ nā videmꝰ ꝙ ꝓ debito nō extēdit manuſ
ꝑ ad bona imobilia. ſʒ ꝑ ad mobilia.2ꝰ ad imo
bilia.3ꝰ ad nomina debitoꝝ.vt.l.a diuo pio.ff.ↄ̄
re iudi.ꝗ multo foꝛtius nō debent ꝑus extendi
manꝰ ad capturā pſone ꝓ h̄ tex.ho.cū gl.i.l.iij.
§.tutoꝛes.ff.de ſuſpec.tuto.⁊ ibi ꝑ Bar.lʒ ſtatu
ta municipalia i mltis locis aliter ꝓuideāt ⁊ ma
xime vſat dubiū.nūqd debitoꝛ poſſit ſe obliga
re ad carcēs renūciādo bñficō ceſſiōis.de ꝗ vi
de ꝑ Spe.i ti.de renū.⁊ ↄ̄clu.§.i.v̄.itē ē bñficiū
vbi tʒ ꝙ nō lʒ alij ↄ̄.ſʒ pmā ptē ſeqr̄ Bar.i.l.alia
§.elegant.ff.ſo.ma.nā h̄ pactū vr̄ ↄ̄ bonos mo
res ⁊ inducere quandam ſeruitutem. Ex quo
poſſet inferri ꝙ etiam iuramentum non obliga
ret hoc caſu.arg.in regula non eſt obligatoꝛiuʒ
libꝛo ſexto licet in caſu iuramenti. Federicus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

contrarium tenuit conſilio.lviij.motus per illa
iura generalia de iureiurā.c.cuꝫ contingat.⁊.c.
debitores.⁊.c.ij.de pac.li.vi.niſi pauptas eſſet
euidēs tpe ꝯtractus ſm eū.ſꝫ prima ps vr̄ vior
⁊ equior.de quo tn̄ dicendū vt nō.i.d.c.cū cōtin
gat.⁊ tꝫ Spe.i.d.loco ſcriptorē ſuſpectū de fu-
ga q obligauit ſe ad ſcribendū certū libꝝ poſſe
capi ⁊ i cōpedibus ſeu carcē recludi.⁊ ſic cogat
iſte pficē qd ꝓmiſit.⁊ itellige ꝙ hoc ꝓcedat etiaꝫ
ſi nō renūciaſſet bn̄ficio ceſſionis q̄i videat electā
iduſtria pſone vt nō ſuccedat obligatō ad inter
eſſe.idē tꝫ Cy.i.l.i.C.qui bo.cedē poſ.⁊ glo.iu-
ris ciuilis dicit hoc tenendū in fauorem publice
vtilitatiſin.l.ſtipulatō.§.ſin aūt.ff.de no.op.nun.
ſꝫ Bar.aliud ſenſit in.d.l.ſtipulatio.vt ſuccedat
obligatio ad itereſſe p iura gn̄alia q̄ volunt ꝙ in
obligationibus fci ſuccedat obligatio ad itereē
q: ē quedā ſpēs ſuitut ꝙ hō liber pciſe cōpellat
ad factū.l.ſi qs ab alio.ff.de re iudi.⁊ i.l.ſtipula
tōes nō diuidunt.ff.de vbo.ob.⁊ ibi pleniſſime
nō.an ⁊ qn̄ qs poſſet pciſe cōpelli ad factū.⁊ di-
cit Cy.i.d.l.i.mirādū fuit ꝙ pmus ſcriptor non
cācellauit illā glo.q̄ erat cōtra ſcriptores. ¶ In
glo.i.ibi.l.vltima.vbi dr̄ ꝙ ſi captus ab hoſtib⁹
redimit cogit p qnquēniū ſuire aut pciū ſoluē
⁊ iterim tāq̄ꝫ pro pignore detinet ⁊ interim rele
gari pōt.vt.i.l.ſenat⁹.§.vltio.alle.in glo.⁊ eſt ca
ſus nō.i quo liber hō relegatur. ¶ In fi.gl.cuꝫ
hac reſtrictōe glo.itellige tex.vt nō detineat hō
liber ꝓ debito ſꝫ cedit bonis.Et gn̄alit cuꝫ q̄rit
an hō liber capi poſſit ⁊ carcerari.aliquos caſus
ponit hic Jo.an.ſꝫ tu diſtingue poſt Bar.i.l.cū
eo.ff.ad.l.iul.pe.aliquibus addit ꝙ aut querit
nūqd poſſit capi a priuato aut auctē iudicis.pri
mo caſu regulariter capi nō pōt.l.non eſt ſingu-
lis.ff.de re.iur.fallit ſi ſuus debitor fugēt ⁊ non
hēret i illo loco vn̄ poſſet ſibi ſatiſfacē.vt in.l.ait
ptor.§.ſi debitorē.ff.de his q̄ in frau.credi.⁊ ibi
ēt nō.⁊ voluit Jo.an.hic ⁊ an idē ꝓcedat in cle-
rico debitore vt ſic poſſit capi ſine metu excōica
tōis.dic vt dixi in.c.cū nō ab hoīe.de iudi.ſcdo
fallit i crimīe.nā dephēſum in crimīe poſſum ca
pere nō vt detineā niſi p ſpaciū a lege pfinitū.ſꝫ
vt ducā ad iudiceꝫ.de quo in.l.nullus.C.de iu-
de.⁊ in.l.vnica.C.de rap.vir.⁊ in.l.ſi qs in ſerui
tute.ff.de furt.aliq tn̄ reſtringūt ad crimia i qb⁹
veit iponēda pena corporalis quod ſat ē equū
2⁹ mēbro principali dic ꝙ ꝓ crimīe pt iudex re-
gularit facere quē capi.etiā ſi ſit clericus in.c.vt
fame.de ſen.excō.⁊ in.c.ſi cleric⁹.eo.ti.li.vi.nō.i
l.pleriq̄ꝫ.ff.de in ius vo.ꝓ debito vo dic ꝙ aut
eſt debituꝫ fiſcale ⁊ pōt facē aliquem capi.vt.d.
l.cū eo.nō tn̄ vt detineat in carcere niſi pſeueret
i cōtumacia.l.nemo.C.de exac.tribu.li.x. Pro
debito vo puato ſubdiſtingue.aut qs ꝓmiſit ſe
ſiſtere in iudicio ⁊ ita fuit a pncipio ſꝫ poſtea de
ſiſtit ⁊ pōt capi.l.conſentaneum.⁊ qd ibi nō.C.
qūo ⁊ qn̄ iudex.dico i.c.put de do.⁊ contu.aut
nūq̄ꝫ cōpauit in iudicio.⁊ tūc iudex nō cogit eū
cape.ſed ſi vult poteſt ⁊ debꝫ euꝫ citare realiter
nō vt retrudat eū in carcerem ſꝫ vt cōpareat co
ram eo.nō tn̄ dꝫ eum extrahere p vim de domo
q: in cauſa ciuili non debet quis de domo capi.
q: dom⁹ ꝓpria debet vnicuiq̄ꝫ eſſe tutiſſimū re-
fugium.vt in dicta.l.pleriq̄ꝫ.⁊.l.nemo.ff.de reg.
iur.Cōclude ergo ꝙ regularit pro debito ciuili
non debet quis capi et carcerari niſi prius cōdē
netur ⁊ noluit cedere bonis.vt in.l.i.C.qui bo.
ce.poſ.⁊ puto ꝙ licet quis ſit cōdemnatus pro
debito non debet iudex eum icōtinēti inuiclare
ſꝫ primo executōeꝫ i bonis facē.vt in.d.l.a diuo
pio. Fallit qn̄ eſt ſuſpectus de fuga.⁊ dubitatur
vtrum bona ſua ſint ſufficientia.vt legitur ⁊ nō.
in dicto.§.tutores.fallit etiam quando nonduꝫ
venit dies ſolutōis ⁊ debitor eſt ſuſpectus de fu
ga tūc poteſt carcerare vt faciat tutuꝫ creditorē
puta preſtando fideiuſſores.vel pignora.qd vo
luit hic Jo.an.⁊ facit tex.in.l.ſi fideiuſſor.ff.qui
ſatiſda.co.⁊ in.l.in bone fidei.ff.de iudi.⁊ intelli
ge qn̄ ſuſpitiō fuge accidit p⁹ cōtractū debituꝫ.
Secus ſi erat tpe contractus.naꝫ tunc de ſe cō
q̄rat.vt nō.p Bar.in.d.§.ſi debitores.⁊ dixi in
c.ꝓpter.ē.de locato.

## Ex preſentium

Si rector eccl'ie ꝑ ſcō ꝓpo rē eccl'ie
obligauit cogit ei⁹ hrs rē redimere ⁊ eccl'ie reſti
tuere ꝓ factū.2⁹ dat iudices.ibi vn̄. ¶ Nota p
ꝙ clericus ſecularis licite tenet eccleſiam ⁊ patri
monium.⁊ in patrimonium ſuccedit eius filius
intellige legitimus.de quo in.c.i.de ſucceſ.ab in
teſta. ¶ Nō 2⁹ rctorē eccl'ie nō poſſe pignorare
bona eccleſie ꝓ vtilitate ꝓpria. ¶ Nō 3⁹ ꝙ here-
des clerici compelluntur reddere eccleſiam oliꝫ
defuncti indēneꝫ.⁊ ſic tenetur heres ꝓ mala ad
miſtratōe rectoris.vide glo.nō.xvi.q.iij.placuit
el.ij.q̄ dicit ꝙ ſi rector ob negligentiaꝫ ſuam paſ
ſus eſt rem eccleſie preſcribi tenet de ꝓprio pri-
monio ſatiſfacere eccleſie qd ſingulariter nō.nā
per iſtum tex.dico ꝙ heres ſuus pōt cōpelli ad
ſatiſfaciēdū.idē dic vbi potuit aliqd acqrere ec
cleſie ⁊ neglexit.vide tex.ho.cū glo.xij.q.iiij.c.
i.ad inſtar tutoris qui i hꝫ tenet.vt.l.quicqd.C.
arbitrium tutele. ¶ Sꝫ ꝯ pdicta ⁊ ꝯ tex.oppo.
nā ſacerdos de redditibus eccleſie debet viuere
c.cū ſm apoſtolū.de pben.⁊ dcm̄ Inno.i.c.eps
de pben.vbi dicit ꝙ bn̄ficiatus hn̄s pr̄imonium
nō tenet viuere d patrimonio.ſed poteſt cū bo
na conſcientia viuere de bonis eccleſie.Et idem
Johānes de lig.in cle.gratie.de reſcrip.cum er
go ſacerdos gratia illi⁹ pignorauerit hec bona
pro ſua neceſſitate non debꝫ compelli heres ad
redimendum ſed ſucceſſor in beneficio.Solu.
Johan.an.metu huius contrarij vt arbitror di
cit tex.iſtū intelligendum quando debitum ꝯtra
xit non pro ſua ſuſtentatione ſed pro neceſſitate
patrimonij ſui conſeruandi puta ꝙ domus ſua
propria minabatur ruinam.vel vinea ſua erat in
culta ⁊ cuꝫ hoc dicto tranſeunt communit doc.
Et ex hoc potes nōre ſinglarit ꝙ ſi beneficiatus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tpe infirmitatis ſue ꝯxit multa debita ꝓ ſua neceſſitate corpali tenet̃ ſucceſſor i bñficio illa dbita ſoluere. ⁊ ſic extendo. c. i. d ſolu. vbi dicit tex. ꝙ ſucceſſor i bñficio tenet̃ debitꝫ p̃deceſſoris ſoluere ꝓ necitate eccle ꝯcta. idē dic p ſup̄dcā ſi ꝓ neceſſitate ꝓprie pſone. ¶ Scdo nō ex h̄ dicto ſeu ex tex. ſic intellecto ꝙ res eccleſie pñt pignorari vel obligari ꝓ ſuſtentatōe rectoris. Sꝫ aduerte q2 Jo. an. ſētit vnū ãplian⁹ dcꝫ ſuū ad tex. ꝙ lꝫ bñficiatus habeat patrimonialia tñ debita cōtracta ꝓ ſua ſuſtentatōe incūbunt eccle ⁊ nō heredi qd dubito an ſit vꝫ. ⁊ ideo dico ſic. aut eccleſia erat impotens ad ſuſtentādū rectorē. aut potens. p̄ caſu ſi impotentia fuit a principio tpe quo acceptauit eccleſiam dico in dubio ꝙ debita incūbunt ſibi ⁊ heredi ⁊ non eccleſie q2 eſt qd ſibi iputet̃ q̄re acceptauit eccleſiā min⁹ potētē nā hoc caſu tenet̃ viuē ex induſtria. ⁊ ſic fortius ex p̄rimonio. nō aūt vendē bona eccleſie vel pignorare ſeu obligare. tex. eſt nobilis cū glo. xxi. q. i. c. i. facit. c. clericus victū. xci. di. ſi vo eccleſia ex poſt facto facta eſt ipotens. adhuc dicerē idē vt nō debeant bona eccleſie vendi vel pignorari ꝓ ſuſtentatiōe ſacerdotis. ſꝫ debꝫ agē ſacerdos ꝯ parrochianos vt p̄ſtent ſibi necria. ex quo eis ſeruit i diuinis. ⁊ eſt cā licita ſbtrahēdi parrochianis diuina. vide ho. glo. de cōſecra. di. i. c. omis xpianus. 2⁹ caſu qñ eccleſia eſt potens. ⁊ tūc fateor ꝙ ſi ſacerdos non hꝫ ad pñs vñ ſe ſuſtentet ⁊ ꝯhat debita ſub ſpe ſoluendi de fructibus pcipiendis. ſꝫ morte p̄uentus non poteſt h̄ facē. tūc ſatis equū ē vt ſucceſſor teneat̃. ⁊ hoc caſu ꝓcedit dcm̄ Jo. an. ⁊ hec nō q2 nō ſunt diſcuſſa per alios. ¶ In glo. i. in fi. ex glo. collige tres ſolutōes ⁊ q̄libꝫ bona ſꝫ vltima nobilior ⁊ p̄t ꝓcedē in quolibꝫ p̄uato. ſi res ſua eo ignorāte pignorat̃. nā pōt vēdicare rem ſuā a creditore etiā nō ſoluto debito q2 ſine ipſius ꝯſenſu ius pignoris nō potuit cōſtitui in aliena re. C. ſi alie. res pig. da. ſit q̄i p totū. ff. de pigno. ac. q̄i p totū. ⁊ vide glo. de p̄ſump. c. nōne. ⁊ qd ibi dixi. Sꝫ ex glo. dant̃ due ſo. ⁊ p̄ dixit Gof. ꝙ tal' creditor ignorabat has res eſſe eccleſie. allat. l. ⁊ liberi. ff. de ꝯhē. emp. cum duabus ſequētib⁹. ⁊ ꝓpt̃ hoc videtur velle ꝙ ignorantia creditoris faciat vt ius pignoris cōſtituat̃ in aliena re in p̄iudiciū dñi qd nō eſt verū vt in iuribus p̄al. ⁊ in. l. in ciuile. C. de furt. l. nā ibi pꝫ ꝙ dñs pōt vēdicare rē ſuā vēditā a fure p̄cio nō oblato. nec ob. l. ⁊ liberi. quia ibi ponderat̃ ignorantia ad effectū agēdi de euictione ꝯ vēdetē rē ſacram ſeu alienam nō vt hēat ius retētōis ꝯ dñm. 2⁹ ſoluit Inno. ꝙ res fuerūt pignorate noie eccleſie ⁊ ſuata ſolēnitate debita ſꝫ nō ꝯſtabat pecuniā ꝯuerſā in vtilitatē dñi. Et ex hoc vr̃ velle Inno. ꝙ creditor hēat hoc caſu ius retētōis donec ſibi fuerit ſatiſfactū. lꝫ non hēat actōē ꝯ eccliā. Sꝫ ꝯ hoc facit q2 tenendo opi. vt ſit neceſſe probare vſum iuxta ea q̄ dicā in. c. ꝙ q̄buſdā. j. ti. ꝓx. ſicut non cōpetit actio ꝯ eccliam. ita nec ius retinēdi rē eccle. d h̄

pleniſſime dicā in dicto. c. ꝙ q̄buſdā. tene g̃ ſolutōes glo. que ſunt tutiores. ¶ In glo. fi. nō duo ex hac glo. p̄ ꝙ p̄latus eccleſie comparatur curatori. alibi dr̃ ꝙ ꝓcuratori. vt. j. de dona. c. ij. ſed dic ꝙ ꝓprie nō comparatur curatori nec procuratori quia hꝫ longe pinguius ius in rebus eccleſie q̄ꝫ ꝓcurator in rebus dñi vel curator in rebus pupilli. Item curatio vel ꝓcuratio eſt onus ſꝫ p̄latura eſt honor et dignitas. de quo vide glo. nō. v. q. iij. in. c. ſi. ſed ꝓcedit dcā equiparatio quo ad ipotentiā diſtrahendi bona eccleſie. ¶ 2⁹ nō ex glo. ꝙ heres p̄lati tenet̃ ex facto p̄lati ſicut hr̃s curatoris qui tenet̃ ex dolo ⁊ lata culpa curatoris. ex leui vo nō tenet̃. vt in. l. fi. C. de fideiuſ. et here. cura. ⁊ hoc voluit etiā Inno. hic. ip̄e tamē p̄latus tenet̃ facilius. de quo vide glo. ſ. de offi. archi. in. c. ea que. in. v̄. reatu.

Illo uos Si vſurari⁹ emit rē eo pacto ꝙ p⁹ tp̄s reſtituat vēditori recipien. aliqd vltra ſortē fructib⁹ tñ i ea cōputatis iudicat̃ ꝯct⁹ feneratici⁹. cōis diuiſio. ⁊ ibi rñdem⁹.

¶ Nō p̄ ibi ſciētie donū ꝙ ſcia eſt donum dei. Idem vbū tex. in. c. qualr ⁊ qñ. de elec. vide pulchrum tex. Hiero. xvi. q. i. reuertimi. ¶ Nō 2⁹ ꝙ reſolutō ꝯct⁹ pōt cōferri i vtilitatē emptoris. lꝫ ergo ſubſtātialia ꝯctus nō poſſint ab initio cōferri in volūtatē alterius ꝯhentiū. vt. in. l. hec uēditio. ff. de ꝯhen. emp. reſolutio tñ pōt cōferri in pſonā emptoris vt hic ⁊ in. l. ꝙ ſi nolit. in fi. ff. de edi. edic. ⁊ in pſonā vēditoris. vt i. c. ad nr̃aꝫ. de emp. ⁊ vēdi. ⁊ in. l. ij. C. de pac. cōuen. inter emp. ¶ Nō ꝫ. ꝙ venditō q̄ venit reſoluenda i euētū cōditōis adiecte pōt dici pura. eſt. n. pura de pñti ad dr̃iam vēditōis ꝯditōnal. ¶ Nō q̄rto ꝙ i cognoſcendo ſpeciem alicuius ꝯctus magis debent attendi pacta appoſita i eo q̄ꝫ nuda verba ipſius cōtractus. vnde licet hic verba innuerent ꝯctū eſſe vēditōis ⁊ emptōis. tñ ꝓpter pacta appoſita conuenientia magis pignori iudicatur cōtractus pignoratitius. quod nota. ad idem tex. in. l. ſi vnus. ff. locati. ¶ Nota quito ꝙ facultas allegandi cōtractum ſimulatum tranſit in hr̃dē licet defunctus tacuerit tempore vite ſue. ad idē c. ad noſtram. de empti. ⁊ vendi. ¶ Nota ſexto preſumendum cōtra aliquē ex eo ꝙ facere ꝯſueuit ⁊ ꝙ facilius p̄ſumitur contractum ſimulatū cōtra vſurarium q̄ꝫ cōtra alium. Item ꝙ ex cōiecturis ⁊ nudis preſumptionibus iudicatur cōtra vſurarium. vide tex. cum glo. in. c. cum in dioceſi. de vſuris. ¶ Sed hic quero de notabili q. multum quotidiana. quidam vſurarius emit quādam rem prout dicebatur in inſtr̃o ⁊ immediate illam locauit venditori ita ꝙ venditor remanſit in poſſeſſiōe rei vēdite ꝯſtituta ɔ̄ta pēſione ipſi emptori nunquid ex hoc debeat preſumi cōtractus vſurarius. Ja. de are. diſputauit ⁊ nō ſoluit quia queſtio pēdebat de facto. dominus Pe. de ancha. tenebat cōtractum eſſe vſurariū per. l. ſicut. §. ſupernacuum. ff. quibus mo. pig.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vl'hypo.ſol. Sʒ aduerte lati⁹.nā ſiue talis cō-
tractus fiat ab vſurario ſiue nō p̄ſumit̄ ſimulat⁹
in p̄iudiciuʒ tertij creditoꝛis exquo venditoꝛ re
manſit in poſſeſſione rei vēdite.ſed ille q̄ vendi
dit nō pōt ex illo ſolo dicere contractuʒ ſimula
tum.vt le.ꝛ nō.in.d.§.ſupuacuū. Iteʒ vt dic̄ ibi
Bar.ſi ꝓbaret̄ ſolutio pēſionis nō iudicaret̄ ſi
mulat⁹ etiā in fauoꝛē tertij.ſʒ in caſu nr̄o vbi cō
currūt illa duo q̄ emptoꝛ erat vſurari⁹ ꝛ q̄ ven
ditoꝛ ſb̄ velamīe locatōis remāſit in poſſeſſione
rei vendite ſat̄ eſt p̄ſumendū cōtractū eſſe fene-
raticiū vn̄ illa penſio videt̄ cōſtituta ꝓ mercede
pecunie.naʒ de facili p̄ſumendū eſt cōtra vſura
rios q̄ īiunt tales ꝯct⁹ ficticios ꝛ ſimulatoſ maxi
me ſi interuēiſſet iuramentū.nam vt dicunt h̄ do
ctoꝛes iuramētum receptū ab vſurario facit ma
gnaʒ p̄ſūptionē cōtra eum ar.c.ſup hoc.de renū
ſed vbi emptoꝛ eſt vſurari⁹ diſtigue vt.ſ.dixi.ꝛ
h̄ nō. ¶ In gl. ī vbo frc̄s ꝑcepti.aduerte qꝛ iſta
gl.hic exp̄ſſe dicit q̄ emptoꝛ in caſu hui⁹.c.facie
ebat fructus ſuos nec tenebat̄ reſtituere ſi cōtra
ct⁹ n̄ fuiſſet ſimulat⁹.vn̄ illud pactū de computā
do fruct⁹ in ſoꝛtē erat cōtra naturā cōtract⁹ em
ptōis.ſed glo. penl't.teneʒ ꝯriū dicēs q̄ ex natura
cōtract⁹ emptoꝛ tenet̄ reſtituē fruct⁹ in cā reſo-
lutōis cōtract⁹. Jo.an.ꝓ cōcoꝛdia dicit q̄ qn̄qʒ
apponit̄ pactū de reſoluēda vēditōe ſi alius em
ptoꝛ attulerit melioꝛē cōditōneʒ.ꝛ tūc exiſtente
ꝯditōe tenet̄ emptoꝛ reſtituē fruct⁹.etiā medio
tēpoꝛe ꝑceptos.ꝛ hoc caſu debet ītelligi gl.penl't
qn̄qʒ apponit̄ pactū de reſoluēda vēditōe ſi vē-
ditō diſplicebit vēditoꝛi.ꝛ tunc emptoꝛ nō tenet̄
reſtituē fructus medio tempoꝛe ꝑceptos.ꝛ h̄ ca
ſu loqtur glo.ꝛ iura allegata in gl. Ratio diuer
ſitatis ſm̄ eum.quia p̄imo caſu conditio fuit ap
poſita in fauoꝛem vēditoꝛis.nec erat in optione
ſua ſoluē ꝯtractū.ſʒ ī ſcd̄o caſu eſt q̄ ſibi īputet̄
quia p̄ius non diſplicuit. Sed aduerte q̄a licet
hec dicta ſint vera in ſe.nō t̄n̄ conueniūt ad tex.
noſtrū.ꝛ meo iudicio nec gl.nec doctoꝛes pōde
rarūt tex.hic eni vēditio nō veniebat reſoluēda
ad placitū venditoꝛis imo emptoꝛis.ꝛ ſic ſumuſ
extra iura allegata in gl.nam facio magnaʒ vim
in fructib⁹ reſtituēdis vtrū facultas reſoluendi
cōtractū conferat̄ in voluntate vēditoꝛis an em
ptoꝛis.nam in p̄imo caſu fructus nō ſubiacent
reſtitutioni ſed eos lucrat̄ emptoꝛ per rationeʒ
p̄edictā.ꝛ de hoc eſt caſus aptus in.d.l.ij. Sed
ſcd̄o caſu dico q̄ fructus veniūt reſtituēdi ꝑ.l.q̄
ſi nolit.ī fine ꝯiuncta.l.cū autē.§.penl't.ff.de edi.
edic.ꝛ tamē eadem ratio eſt in emptoꝛe.eſt eniʒ
quid ſibi imputetur quare p̄ius nō dixit empti
onem ſibi diſplicere. Et per hoc infero cōtra cō
mune dictum doc.q̄ pactum hic appoſitum de
fructibus cōputandis ī ſoꝛtem nō fuit cōtra na
turam cōtractus emptionis.imo ſm̄ eius natu-
rā.ſʒ papa ꝯiunxit illā p̄ſumptōeʒ vt debereʒ vlt̄
p̄ciū aliq̄d ſolui cū illo pacto de fructibus com
putandis in ſoꝛtem.vnde pactum de computan
dis fructibus ꝙ per ſe nō ſufficeret ad p̄eſumē

dum cōtractum eſſe feneraticium.licet aliud ſen
ſerit dn̄s Anto.lʒ foꝛte aliud poſſet dici in caſu
dicte.l.ij.qꝛ ibi ex nā ꝯct⁹ fruct⁹ efficiunt̄ empto
ris. Et q̄ʒq̄ʒ aliq̄ velint addere tertiū.ſ.q̄ ēptoꝛ
erat vſurari⁹ exponēdo dictōneʒ p̄ſerti ꝓ t̄m̄ cō
muīt t̄n̄ tenet̄ oppoſitū qꝛ de natura hui⁹ dictio
nis p̄ſerti ē vt exponat̄ ꝓ maxīe.vt in.c.quoniā
vt li.nō cōteſt.ſed difficile eſt iudicare ꝯtuʒ eſſe
feneraticiū ex eo ſolo q̄ aliquid debebat p̄ſtare
vltra p̄eciuʒ. Abbas.

## Ex litteris

Mlier agit ꝓ dote ꝯtra quēlibet detinentē bona mariti.h.d.in
p̄ima cōſultatio.in ſecūda reſponſio.ibi māda
mus. ¶ Nō p̄mo q̄ ꝓpter maleficiū mariti nō
debet vxoꝛ capi nec dote p̄iuari.etiam vt ſatiſfi
at leſio ꝑ maritū.ad h̄.C.ne vxoꝛ ꝓ mari.quaſi
ꝑ totum. Fallit in caſu.l.ſcire.C.qui.mo.pig.ta
cite cōtrahit̄ vʒ in vxoꝛe p̄imipilarij.naʒ etiam
dos mulieris poteſt capi exquo marit⁹ deliquit
in officio illo p̄imipilatus. ¶ Nota ſecundo q̄
hypotheca competens in boniſ alicuius tranſit
cum tranſlatione bonoꝛum in tertiuʒ.etiam ſi il-
la bona vendant̄ ex iudicis mandato. ¶ Nota
tertio p̄acticam foꝛmandi libelluʒ ꝓ dote ex ꝑ
te mulieris cum agit ꝓ ſua dote cōtra poſſiden
tem bona mariti ſibi p̄o dote tacite obligata.nā
poteſt foꝛmare libellum alternatiuum videlicet
petēdo illa bona ſibi tradi tanq̄ʒ obligata vel q̄
poſſeſſoꝛ debeat ſibi ſatiſfacere ꝓ dote.ꝛ credo
q̄ ſufficiat petere p̄imuʒ tantum exquo agit hy
pothecaria actione ſʒ ſecundū non eſt in obliga
tione.ſed in facultate poſſeſſoꝛis quia quilibet
tertius poſſeſſoꝛ conuentus ab eo qui habet hy
pothecariam poteſt illum excludere offerendo
ſibi debitum ſuum.l.qui pignoꝛi.ff.qui.mo.pig.
vel hypothe.ſol.vnde ad exuberantem cautelā
voluit iſte ī libello deducere illam partem alter-
natiue que erat in facultate. Et ex hoc.ꝛ ex tex.
infero q̄ quando vnum eſt in obligatione aliud
in facultate ſoluendi non viciatur libellus ſi am
bo deducuntur alternatiue in libello vt videtur
hic tex.bonus iudicio meo. ¶ Nō quarto.ibi
ex officio q̄ licet certa actō competat actoꝛi que
clare colligitur ex narratis ī libello nihilomin⁹
non viciatur libellus ſi in concluſione petit ex iu
dicis officio ſibi ſubueniri.ꝛ debet tunc intelligi
officio iudicis mercenario.i.actioni debite def-
uienti. ¶ Nota quinto vlterius q̄ cōſtante ma
trimonio poteſt mulier agere ad reſtitutionem
dotis exquo vir incipit male vti ſubſtantia ſua
ꝛ dicitur male vti ꝛ male verſari exquo exulat a
patria propter maleficium p̄opꝛium.ꝛ maxime
cum peruenitur ad diſtractionem bonoꝛum.fa
cit.c.per veſtras.de do.poſt diuoꝛ.reſtitu.ꝛ vide
tur tex.notabilis in.l.vbi.C.de iur.do.q̄ nō ſo-
lum dotem ſed etiam donationeʒ propter nupti
as poſſit petere licet ſint opini.ꝛ multum facit il
le tex.iuncta glo.ſuper verbo ad ſuſtentationeʒ
nam videtur q̄ bona dotalia.ꝛ donatio propter



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nuptias dicant ꝑcipue deſeruire oneribꝰ m̄rimonij
de quo remitto ad nō.in.l.ſi conſtante.ff.ſo.ma.
in dicto.c.per veſtras. ¶ Nō ibi tacite obliga-
ta .ꝙ omnia bona mariti tacite obligātur vxori
legis beneficio pro dote reſtituenda. an autem
idem ſit quo ad donationez propter nuptias vł
quo ad bona parafrenalia dicam.j.cum glo.
Ultimo nota mirabilem modum ſentētiandi in
actione hypothecaria.naz condemnatur hic ter
tius poſſeſſor ad reſtitutionem debiti quatenus
poſſidet de bonis debitorꝫ principalis quod vi-
detur iure ſuſtentari non poſſe. quia vt ſupra di
xi rem reſtitui eſt tantuz in obligatōe. ergo non
poterat condemnari ad reſtitutionez dotis .ſed
ſolum ad reſtitutionem bonorum .ſed poteſt di
ci ꝙ papa hic habuit reſpectum ad libellum mu
lieris continentem id quod erat in obligatione
⁊ in facultate. ⁊ debet intelligi ſententia large.ſ.
vt ſatiſfaciat de dote dimittendo bona vel ſoluē
do debitum. Ex quo nota ꝙ verba ſententie de
bent multum late intelligi vt ipſa ſententia ſalue
tur ſicut dicimꝰ in libello. vt legi.et nota.in.c.cō
ſtitutus. de reli.domi.facit.c.abbate.de ver.ſig.
⁊.l.ꝯtinuꝰ.de ver.obli.⁊.l.ſi quis intētione.ff.de
iudi. ¶ In glo.iij.in fi.hec gl.in effectu attingit
duo.primum nunquid mulier preferatur in do-
te conſequenda creditoribus mariti anterioribꝰ
in obligatione.ſecundo nūquid idem ſit quo ad
donationē propter nuptias ſibi factaz a marito
reſpectu ꝑmi concludit ꝙ preferř ꝑoribꝰ h̄ntibꝰ
actionem perſonalem vel hypothecam tacitam
.i.beneficio legis inductam. anterioribus autez
habentibus expreſſam non prefertur.⁊ hec fuit
opi.Bul. quam etiam ſequitur Accur.in.l.aſſi
duis.C.qui po.in pig.ha. ⁊ Dy.in.§.actionum
inſti.de acti.⁊ Inno.hic Contrariam opi.tenet
Mar.vt nō.in dicta.l.aſſiduis.quam ſequūtur
Ja.de are. Petrus Guil.de ſuza. ⁊ Cy.Bar.
autem dicit ꝙ cōſuetudo eſt pro opi.glo.⁊ malū
eſſet ſententiare contrarium.arg.in.l.minime.ff.
de legi.⁊ licet multa allegentur pro ⁊ contra ta
men contra opi.huius glo.multum facit dicta.l.
aſſiduis.que loquitur indiſtincte preferēdo mu
lierem omnibus creditoribus anterioribus ha
bentibus hypothecam. ergo debet intelligi ge-
neraliter ſiue habeant expreſſam ſiue tacitaz qꝛ
qui totuz dicit nihil excludit.xix.diſ.ſi romano
rum. Item eſt aliud multū forte ar.ſi vinco vin
centē te. ergo debeo vicere te in.c.auctōitate de
conceſſ.ꝑben.li.vi.⁊ facit.c.dilectus.de offi.leg.
ſed is qui mutuauit pro refectione rei prefertur
anterioribus habentibus expreſſam.vt.l.inter-
dum.ff.qui po.in pig.ha.⁊ iſte vincitur a mulie-
re quia mulier prefertur ſibi vt in auc.ſignata ſu
per dicta.l.aſſiduis. ergo mulier debet vincere
⁊ preferri omnibus creditoribus habentibꝰ ex
preſſam hypothecam. Pro contraria opi.quā
fauet iſta glo.facit eqꝑatio fiſci ⁊ mulieris vt dr̄
in ea.ſecundo quia lex non defert vni beneficiū
cum diminutione iuris alterius.l.ij.§.ſi quis a
principe.ff.ne quid in lo.pub. ⁊ bonus tex.in.c.
ex tenore.de ſo.compe.vbi dicitur ꝙ licet vidu-
is ſimus in iuſtitia debitores.non tamen alijs fa
cere debemus iniuſtitiam.ſed intelligendo.l.illā
aſſiduis generaliter diminueretur ius habentiū
hypothecam anteriorem expreſſaz. ⁊ ſi diceres
idē eſſe in tacita.reſpondetur ꝙ tacita inducitur
a lege.vnde potuit lex reſtringendo priuilegiuz
ſuum preferre priuilegiū mulieriſ.ſecus in expſ
ſa que habetur facto ipſius cōtrahentiū.⁊ quic-
quid ſit paſſus ſatis dubium eſt.⁊ doctores vari
ant ſententiam.⁊ multum facit iudicio meo tex.
in dicta.l.vbi.dum ſpecifice facit mentionem de
poſterioribus creditoribus. ſed ſeruarez in pra
ctica primo illam opi.pro qua eſt loci conſuetu
do.vt.l.ſi de interpretatione.ff.de legi.⁊ in.c.cuz
dilectus.de conſue. nam conſuetudo interpreta
tur legem dubiam.ſed ceſſante conſuetudine fa
uerem mulieribus.quia in facto dubio potior ē
cauſa dotis.vt in.c.fi.de re iud.⁊ nō.in.c.ex litte
ris.de probatio. Quo ad ſecunduz.ſcz reſpectu
donationis conclude poſt Inno.hic ꝙ aut mu-
lier debet lucrari donationem propter nuptias
⁊ eo reſpectu agit pro donatione.⁊ tunc licet bo
na mariti ſint tacite hypothecata pro illa donati
one vt eſt tex.in dicta.l.vbi.preallegata.non tamen
habet vxor priuilegium vt preferatur anteriori
bus creditoribus.quia hoc non eſt iure cautum
nec donatio propter nuptias eſt ita fauorabilis
ſicut dos.quia dos eſt quaſi patrimonium muli
eris.l.iij.ff.de mino. ⁊ ſi remaneret indotata fie
ret preiudicium reipublice.per ea que leguntur
⁊ nō.in.l.i.ff.ſolu.matri.que ratio ceſſat in dona
tione.Aut mulier agit ad donationez non vt eā
lucretur ſed tāꝗ ſibi ſpecialiter obligatam pro
dote. ⁊ tunc habet priuilegium dotis. quia hoc
caſu agit potius pro dote ꝗꝫ pro donatione.
In glo.penultima.ibi parafrenalia.⁊ dic pafre-
nalia.i.bona que mulier habet preter dotem. et
dicitur a para quod eſt iuxta. ⁊ frena quod eſt
dos quaſi iuxta dotez.nam ſepe mulier habz ali
qua bona vltra dotem ⁊ in his glo. querit vtrū
bona mariti ſint obligata vxori. ⁊ reperitur hec
glo.varia. nam aliqui libri habent ꝙ non. aliqui
ꝙ ſic.⁊ vtraqꝫ littera poteſt eſſe vera per diſtincti
onem. Aut enim maritus habet adminiſtratio
nem illorum bonorum.⁊ tacite ſunt obligata.vt
l.fi.hic alle. Aut vxor retinet illa bona penes ſe
⁊ ceſſat illa obligatio. ¶ Secūdo principaliter
nō ex gl.ꝙ bona prelati ſūt tacite obligata eccle-
ſie pro mala adminiſtratione. ⁊ ſic poteſt agere
ſie contra tertium poſſeſſorem ſicut agit hic mu
lier pro dote. ⁊ non tradas obliuioni hanc glo.
nam licet non habeamus tex.expreſſum tamen
militat ar.a paritate rationis. nam eccleſia equi
paratur minori. vt in.c.i.de inintegrum.reſti. ergo ſic
bona tutoris tacite ſunt obligata pupillo. vt in
iuribus preallegatis in glo.⁊ in.l.fi.C.de legi.tu
te.ita et bona prelati eccleſie. Item videmus in
fiſco ꝙ bona conductorum vectigalium ſunt ta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cite obligata fiſco.l.ſemper.§.diuꝰ.de iu.imu.c.
ergo ꝛ bona prelati qui quaſi contrahit cum ec
cleſia acceptādo prelaturā.vt in.c.niſi.de renū.
ſed inquantū glo.dicit ꝙ ob iſtū reſpectū bona
clericoꝝ gaudēt eodē priuilegio cū bonis eccle
ſie nō bene dicit.qꝛ ſequeret' ꝙ bona eorum qui
nō habēt beneficia nō gauderent illo priuilegio
qđ eſt falſum.cū iura loquātur indiſticte.c.ſi cle
ricꝰ laicū.de fo.cōpe.nec eſt verū indiſticte ꝙ bo
na clericoꝝ gaudeāt in oībus priuilegio eccleſia
rū.imo vt alias dixi ſiēda ē regula in oppoſitū
ꝙ ſolū in illis caſibus gaudēt priuilegio eccleſia
rū q ſūt expreſſi.vide ad hoc bonā glo.xvi.q.iij.
c.i.ꝛ in.c.quanq̄z.de cenſi.li.vi.Ab

6 c **Nam contra** Si cre
ditoꝛ vel is q ab eo cā hēt tot fructꝰ
percepit ex pignore ꝙ ſatiſfactum eſt ſorti.debet
pignꝰ reſtitui debitori.ꝓ ponit' ſꝫ.ꝛ' diſſinit' ibi
nos. ¶ Nō.ibi quondā pr̄ tuꝰ.ꝓ cōmūi vſu lo
quēdi quādo denoīatur pater alicuꝰ qui iam
defūctus eſt.ꝛ fit q̄ſtio.qđ ſi in iſtro dicitur ticiꝰ
filꝰ ſēpronij ꝛ ſempronius eſt mortuꝰ.nūqd va
let inſtrumentū.cū nō ſit appoſita dictō quondā
vel ſimilis q̄ habet tollere illā qualitatē de p̄ſen
ti ꝛ ponere in p̄terito. Spe.in ti.de inſtru.edi.§
reſtat.ad finē tenet inſtrumētū nō viciari.ꝛ idē
Jo.an.hic.qđ nō.ſac qđ nō. Inno.in.c.fratnitatꝭ
de hereti. Quid autem ſi pater viuit.ꝛ apponit'
dictio quondam.dic ꝙ etiam nō viciatur inſtr̄m
quia hec dictō ꝛ dictō oli etiā deſignat ēt tēpꝰ p̄
ſens ꝛ tēpꝰ futurū.vt nō.in.c.cū oli.de offi.dele.
ꝛ dic vt ibi. ¶ Nō ſcđo ꝙ creditoꝛ pōt rem ſibi
pignoratā alteri pignorare.vt habetur clarius
C.ſi pig.pigno.da.ſit.per totum.idem eſt in he
rede creditoris.vt hic. ¶ Tercio nota ꝙ reſo
luto iure actoris reſoluitur ipſo facto ius ſucceſ
ſoris.concordat.l.vectigali.ff.de pignori.ꝛ colli
gitur hoc ex tex.qꝛ ſi fructꝰ percepi a primo cre
ditore extiguūt debitū pricipale vna cū fructibꝰ
perceptis a ſecundo tenetur ſecundus reſtituere
rem pignoratam.licet ſuū integrū debitū nō per
cepit ſatis eſt ꝙ debitū principale ſit ſublatum
nō tamen poteſt primus creditoꝛ in maiori quā
titate pignus obligare q̄z ſibi obligatū fuerit
Nota ꝙ creditoꝛ licite vēdit fructus quos per
cipit a re pignorata ſi precium accedit in ſolutio
nem ſortis.ꝛ nota ꝙ hoc caſu fit cōpenſatio ipſo
iure. ¶ Ultimo nota hic tex. optimum ꝙ debi
toꝛ pōt agere contra creditorem pro pignore.lꝫ
ſecū nō cōtraxit. ¶ Sed cōra hoc fortiter op.
nam actio perſonalis que oritur ex mutuo non
trāſit cōtra ſingularē ſucceſſorem.cū ḡ debitoꝛ
nō contrahit cū ſecundo.non videtur ꝙ poſſit
agere contra eum.ſed potius contra primū.ꝛ p̄
mus cōtra ſecundum.vt videtur tex.in.l.peteti.
ff.de pig.acti.ꝛ credo ꝙ ob hoc doc.hic variant
in cōiecturando actionem intētatā cōtra iſtū cre
ditorem.nā aliqui dicunt ꝙ agit rei vendicatōe
que cōpetit domino contra quēlibet poſſeſſorē
ſed certe hoc non colligitur ex littera.nec appa
ret ꝙ ſe probauerit dominum.quod eſt neceſſa
rium agenti reiuendicatione. Alij dicunt ꝙ fuit
actum iudicis officio.vt ſentit Hoſtiē.poteſt ad
duci bonus tex.in.l.ij.C.ſi pig.pigno.datum ſit
Alij ꝙ egit pignoratitia actione. ſed non placet.
Inno.quia actio perſonalis non tranſit in terti
um.ſed ego aliter dicerem.dico enī ꝙ vbi inter
uenit pignus oritur duplex actio.nā poteſt cre
ditoꝛ agere hypothecaria.que eſt actio realis.
Itē agere perſonali.pro hoc.l.creditoꝛ qui nō
idoneum pignus.ff.ſi cer.peta.ita dico ex parte
debitoris.nam pignoatitia actio licet perſonaliſ
nihilominuſ eſt ſcripta i rem.ideo pignoratitia
ſaltem vtilis poteſt competere contra creditorē
argu.eorum que notantur in.c.ex parte.b.de fo
compe.ſic nos dicimus in ſecūdo creditore qui
agit vtili contra primū debitorem cum quo nō
contraxit.vt.l.i.C.ſi pig.pigno.da.ſit. Cōclude
ergo ꝙ aut datur vtilis pignoratitia.aut officio
iudicꝭ. ¶ Sed queſtio eſt notabilis in materia
vtrum ſecūdus creditoꝛ poſſit pignorare pignꝰ
tertio ꝛ ſic in infinitum.vide ſpec.eo.ti.§.vſi.ſed
cum pignus.vbi dicit ꝙ non poteſt pignorare vl
tra tertiam vicem.vt infinitas euitet'.argu.c.cū
in multis.de reſcrip.li.vi.nota bene hoc dictum
quia ſingulariter limitat totum titulū.C.ſi pig.
